subnectit: Filii regni, qui ~~ex eadem~~ ejicientur et exte-
rioribus tenebris adjudicantur, illi ipsi sunt, quos tu
et qui tecum sentiunt, sanctos vocant et æstimant; qui
et Dæmonum incursioni medentur et morbos expellunt,
quibus honorem deferre didicistis, solum viventem et
immortalem Deum relinquentes. Hi sunt, hi inquam,
qui a justo Judice ~~ali~~ eo tempore audient: Recedite
a me, quia nunquam cognovi vos." Malo hoc et noxio
fermento cum sibi iter paratum homines ad + Christianorum provocatus
fecisset, ad religionem impietatis sponte producendam
obsequentes habuit; atque ratione animos istius omnis perni-
ciei et corruptionis frugiferum campum esse ostendit: adeo
quidem, ut et, qui ante ipsum impietatis opem tulerant, si
cum hujus astutia, versutis moribus et omni alia ad decipiendos
mortalium animos arte ac calliditate compararentur, pro
pueris habendi sint. Verum qui ipsum antecesserant, etsi ~~cum~~
fœdissima libidine, et aliis nefandis sceleribus ut et atrocissi-
mis blasphemiis principatum obtinuere; tamen execrandi et de-
testabiles fere omnibus ~~h~~ mortalibus habebantur: quod mani-
festa essent eorum scelera, quorum audacissime patrabant omnes habebant inimicos.
Paucos quos se eorum deliriis adjungere animadverte-
bantur; cum propudiosa ipsorum opera sine vela-
mento et artibus callidis publice proferrent; atque adeo impu-
dentissima illa defectio, quasi pro septimento esset, ne tam ex-
pedite ac celeriter ad eandem accurrerentur et

+ germina

ª præcipue hic, Sergius plurimos omnium sectatores habuit.